

ita, & Symbolorum universalium, major esset au-
toritas, quam Provincialium atque Nationalium.
Symbola enim universalia latiora quidem sunt ra-
tione locorum & Hominum, Provincialia vero ra-
tione dogmatum, quippe quæ plures controversias
quam ista continent, tanquam declarationes Sym-
bolorum generalium, atque fidei, contra irrepen-
tes hæreses, quibus generalia non sufficiunt, sym-
bola.

THESES IV.

Symbolum Apostolicum, i. e. ab Apostolicis vi-
ris concinnatum, multa non habet, quæ in
aliis leguntur, v. g. doctrinam de Justificatio-
ne, de Lege, & Evangelio, de Verbo DEI, ejusque
Virtute insita, item de fide salvifica, ejusque indo-
le, de Unioni Personali, Communicatione idio-
matum, de Sacramentis, Baptismo, & Cœna,
Communione sub utraqve specie, Electione, Gratia
termino, & Reprobatione &c. Istud enim inpri-
mis è Gentilismo conversis in primordio Ecclesiæ suf-
ficiebat, quod deinde alia illustrabant ulterius, v. g.
Ephesinum contra Nestorium; Chalcedonense,
adversus Eutychen; Athanasianum, contra Arrium;
uti